

CHARLES
V.

à Paris, en
Juin 1364.

(a) Lettres de Sauve-garde Royale pour les Religieuses de Longchamp.

KAROLUS Dei gracia Francorum Rex: Notum facimus presentibus pariter & futuris, Nos infra-scriptas nostras vidisse Litteras, formam que sequitur, continentes,

^a Ces Lettres
sont dans le troi-
sième Volume des
Ordonn. p. 363.

CHARLES ainsné Filz de Roy de France, regent le Royaume, &c.^a

^b mandan. R.

^c memorat. R.

^d paciantur.

QUAS quidem Litteras, omnia & singula in eisdem contenta, rata habentes & grata, ea volumus, laudamus, approbamus, auctoritateque nostra Regia, certa sciencia & plenitudine nostre Regie potestatis, serie presentium confirmamus: universis Justiciariis & Officiariis, subditisque nostri Regni, presentibus & posteris, ac cuilibet eorum in solidum, mandantes ut contra tenorem presentium, Abbatissam & Conventum^c memoratam, non impediunt aut impediri in capite seu in membris, in personis, familiaribus, sive bonis quibuscumque, quoquomodo^d paciantur; ymo nostra presenti gracia & concessione, ipsas ui & gaudere pacifice faciant & quiete. Quod ut firmum & stabile permaneat in futurum, Sigillum nostrum, quo ante susceptum Regni nostri regimen, utebamur, Litteris presentibus apponendum: nostro in aliis, & alieno in omnibus jure salvo. Datum Parisius, Anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo-quarto, mense Junii.

^e Publ. R.

Collacion faicte à l'original scellé en las de soie & cire vert. Ainsi signé. *Per Regem in Consilio suo. OGIER. Visa. Collatio facta est.* Et estoit escript au dos. ^e Publiées en Jugement ou Chastellet de Paris, le lundi 16.^e jour de Septembre, l'An mil trois cens soixante & dix.

NOTES.

(a) Livre Rouge vieil du Chastellet de Paris, fol. 50. recto.

CHARLES
V.

à Paris, en
Juin 1364.

(a) Confirmation des Privileges des Ouvriers de la Monnoye, du serment de l'Empire.

KAROLUS &c. Notum facimus universis presentibus & futuris, Nos Litteras inclite recordacionis precarissimi Domini & Progenitoris nostri, vidisse sub verbis, in modum qui sequitur, annotatis.

^f Ces Lettres
sont dans le second
Vol. des Ordonn.
p. 417.

JOHANNES Dei gratia Francorum Rex, &c.^f

QUAS quidem Litteras, omnia & singula in eisdem contenta, rata habentes & grata, ea volumus, laudamus, ratificamus, approbamus, & de gratia speciali, per presentes renovamus, ac ex certa sciencia, auctoritateque nostra Regia, confirmamus: Datus earundem serie presentium, in mandatis omnibus Senescallis, Baillivis, Prepositis, Justiciariis, Officiariis & subditis Regni nostri, eorumque cuilibet, ut omnia & singula predicta privilegia, libertates & franchisas antedictas, teneant & inviolabiliter observent, tenerique faciant, & ab omnibus firmiter observari: transumpto vero presentium, aliquo Sigillo autentico sigillato, ut originalibus, fidem indubiam volumus adhiberi. Quod ut

NOTES.

(a) Tresor des Chartres, Registre 96.
Piecce six-vingt-treize. [133.]

Ces Lettres sont aussi dans le Registre du Parlement, intitulé, 3.^e Vol. des Ordonn. de François I. cité m. fol. 107.

perpetui roboris stabilitate firmetur, presentes Litteras nostri Sigilli ^a munimine, quo ante
 sileptum Regni nostri regimen, utebatur, fecimus roborari. Actum & datum Parisius, ^a munimine.
 Anno Domini 1364. mense Junii. R. P.

^b Per Regem. OGIER. Collatio facta est cum originali. Visa. Contentor.

^b Ce qui suit,
 n'est pas dans le
 Reg. du P.

(a) Confirmation des Privileges de l'Ordre de S.^t Jean de Jerusalem.

CHARLES

V.

à Paris, en
 Juin 1364.

KAROLUS Dei gratia Francorum Rex: Notum facimus universis presentibus
 pariter & futuris, Nos felices & inclite recordacionis Domini & Genitoris nostri,
 Litteras vidisse, forme que sequitur & tenoris.

JOHANNES &c. ^c

^c Ces Lettres
 sont cy-dessus,
 p. 13.

QUAS quidem Litteras, Nos de nostris auctoritate, Regie & plenitudine potestatis,
 de specialique gracia, confirmamus: Salvo tamen & excepto, quod recedenciam ^d par
 Gardiadores Religiosis memoratis deputatos vel deputandos, fieri nolumus; sed per
 Judices competentes. Declarantes insuper & interpretantes clausulam in Litteris supra-
 scriptis insertam, qua caveatur; oppositores adjuvari in Parlamento nostro, vel coram
 Buillis nostris aut Judicibus nostris ad quos cognitio hujusmodi pertinere debet;
 videlicet; quod oppositores & injuriatores, si qui fuerint, qui alibi quam in Parlamento
 nostro, minime litigare tenentur, per dictos Gardiadores in dicto Parlamento adjuvantur:
 Alii vero coram nostris Judicibus ad quos debet cognitio hujusmodi pertinere. Cetera
 vero in superscriptis Litteris contenta, in suo robore, juxta sui ^e seriem, volumus
 remanere.

^d per.

^e mot douteux.

Que ut perpetua stabilitate firmetur, Litteras presentes Sigilli nostri munimine
 fecimus roborari: salvo tamen in aliis jure nostro & in omnibus alieno. Actum Pari-
 sius, Anno Domini 1364 & mense Junii. Sic signatum. Per Regem ad relacionem
 vestram. DE MONTACU. ^f

^f Dans le Re-
 gist. des Chartres,
 il y a ensuite: Vi-
 sa. Collatio facta
 est.

NOTES.

(a) Livre vert vieil, second du Chaste-
 let, p. 114. verso.

Ces Lettres sont aussi au Tresor des Char-
 tres, Registre 96. Piece 60.

(a) Lettres de Sauve-garde Royale pour l'Ordre de S.^t Jean de Jerusalem.

CHARLES

V.

à Paris, en
 Juin 1364.

CAROLUS Dei gratia Francorum Rex: Notum facimus universis presentibus &
 futuris, Nos Litteras clare memorie Domini & Progenitoris nostri, vidisse, formam
 que sequitur, continentis.

JOHANNES Dei gracia, &c. ^g

^g Ces Lettres
 sont cy-dessus,
 p. 14.

QUAS quidem Litteras & omnia in eis contenta, de nostris auctoritate & plenitudine
 potestatis Regie, de specialique gracia, tenore presentium confirmamus: Mandantes
 inhibentes districte, omnibus & singulis Justiciariis & Officiariis nostris, necnon Regni
 nostri vel eorum Loca-tenentibus presentibus & futuris, & cuilibet eorumdem ut ad eum

^h &.

NOTES.

(a) Registre du Parlement coté, Registre
 unique du Roy Charles Huitieme, H. fol.
 28. verso.

Ces Lettres sont aussi au Tresor des Char-
 tres, Registre 96. Piece sept-vingt-dix-neuf.
 [159.]

Tome IV.

Mmm ij